



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de
Parisiis, M.D.LXXV.

Spiritualis querela. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

peribus merendum adducat, aut
perinde eos facere, qui in terra
thesaurizant, ut ij qui fruges suas
in imis & humidis locis recon-
dunt, non animaduertentes hinc

fore, ut quàm ocyssimè putrescât.
Quæ quidem similitudo ad infel-
icetam avarorum insaniam per-
quam apposita est. Hanc autem
hausisse videtur ex eo Evangelii

Luc. 12. loco, Thesaurizate vobis thesau-
Iac. 5. ros in cælo &c. vel ex eo Iaco-
bi, Diuitiæ vestræ putrefactæ
sunt &c.

Spiritualis querela.

9.

*Q*uidnam optem infelix? vitæ mæ, an funera? nã quæ
Plus viuis, scelerum plus mihi crescit onus.
Sed quid? si moriar, iam non delere licebit
Crimina per lacrimas, quas met ancea parit.
Quidnam igitur faciã, cum mæs ab vtraque trahat
Parte, nec, expediat quid mihi, scire queam?
Ad te confugio, supplex tibi brachia tendo:

Et maneo nutus, optime Christe, tuos.

SCHOLIA.

Quidnam optem infelix) Hæc anxij animi dubitatio à Gregorio Nanzianz. sumpta est. Eamque ipse ab Apostolo vicissim sumpsisse videtur, qui animi pendebat, utrâ potius expetere deberet vitamne an mortem: tametsi dubitationis causæ in utroque minimè pares sint. Atque eodè modo Bernardus grauissimum ex calamitoso sui tēporis statu mœrorem sentiens, Tædet, inquit, vivere, & an mori expediat nescio: & ideo forte etiã in votis distem à sanctis (Paulum & Eliam intelligit) quòd ipsi prouocentur desiderio meliorum, cum ego scandalis & ærumnis compellar exire. &c. Quibus verbis indicat vir sanctissimus, perfectioris esse

*Car. 2. de
Fragil.
hum.
Philip. 2*

*Bern. epi.
189.*

S A C R A

virtutis, instar Pauli, mortem optare, ut cū Christo simus, quā hac tantum ratione eam expetere, ut huiusce vitæ miseriis eximamur.

Colendam esse vitæ asperitatem.

IO.

Lude, bibe, & dapibus ventrem farcire memento.
Pallida nam tibi cras mors erit ante fores.

Audirem tua dicta libens, sequererque, monentem:

Ni tua mi facerent vltima verba metum.

Nam mihi si lucem lux crastina tollet, ut inquis,

Sunt aduersa mihi dicta canenda tuis.

Te inuicem, supplexque preces lachrimasque profunde:

Quand o quidem tibi lux postera mortis erit.

S C H O L I A.

Lude, bibe.) Edamus & bibamus
inquiūt apud Paulum Epicure

Tract. in cras enim moriemur. Quæ verb
psal. 70. expendens Augustinus, ait cau

sam hanc, quam afferūt, eiusmo
di esse, quæ potius eos à flagitio
sa viuendi ratione deterrere de

Lib. 3. beat. Clemens autem Alexandr